

Inter Cherronesum & Samothracen utrinq; fere xv. M. Halonesos, ultra Gethone, Læponia, Alopeconnesus haud procul à Cælo Cherronesi portu, & quædã ignobiles. Desertis quoq; reddantur in hoc sinu, quarum modo inueniri potuerunt nomina, Desticos, Larnos, Cysiros, Carbrusa, Calathusa, Scylla, Dialeon, dicta Melætia, Draconon, Arconesus, Dietbusa, Scapos, Capheris, Mesate, Aeantion, Phaterunesos, Pateria, Calete, Neriphus, Polendos. Quartus è magnis Europe sinus ab Helleponto incipiēs, Mæotis ostio finitur. Sed totius Ponti forma breuiter amplectenda est, ut facilius partes noscantur. Vastum mare præiacens Asia & ab Europa porrecto Cherronesi littore expulsus, angusto meatu irrumpit in terras, septem stadiorum, ut dictum est, interuallo Europã auferens Asia. Primas angustias Hellepontum vocant. Hac Xerxes Persarum rex, constrato in nauibus ponte, duxit exercitū. Porrigitur inde tenuis Euripus lxxxvi. M. pass. spatio ad Priapum urbem Asia, quã magnus Alexander transcendit. Inde expatiatur equor, rursusq; in arcum coit laxitas. Propontis appellatur. Angustia Thracius Bosphorus, latitudine d. passuum, qua Darius pater Xerxis copias ponte transuexit. Totã ab Helleponto longitudo ccxxxix. M. pass. Dein vastum mare, pötus Euxinus, qui quondam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoq; littorum flexu retro curuatus in cornua, ab his utrinq; porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma. Medio flexu iungitur ostio Mæotici lacus. Cimmericus Bosphorus id os vocatur, MMD. pass. latitudine. At inter duos Bosphoros Thracium & Cimmericū directo cursu, ut autor est Polyb. d. M. pass. intersunt. Circuitu vero totius Ponti vicies semel cetera quinquaginta. M. ut autor est Varro, & fere veteres. Nepos Cornelius ccc. M. J. adijcit. Artemidorus vicies nouies centena xix. M. facit. Agrippa XXIII. lx. milia. Mutianus XXV. III. lxx. M. Simili modo Europe latere mensuram alij quatuordecies cetera lxxviiij. M. d. determinauerunt. Alij undecies centena lxxij. M. M. Varro ad hunc modū metitur. Ab ostio Ponti Apolloniã clxxxviiij. M. d. pass. Calatin tantundē. Ad ostiū Istri cxxv. Ad Borysthenen ccl. Cherronesum Heracleotarū oppidū ccclxxv. M. pass. Ad Panticapæum quod aliqui Bosphorum vocāt, extremum in Europe ora cc. xxij. M. d. quæ summa efficit XIII. xxxvi. M. d. Agrippa à Byzantio ad flumen Istrum. d. lx. Inde Panticapæum dcxxx. Inde lacus ipse Mæotis Tanain amnem ex Riphæis montibus defluentem accipiēs, nouissimum inter Europam Asiamq; finem XIII. vi. M. circuitu patere traditur. Ab alijs XI. xxv. M. Ab ostio eius ad Tanais ostium directo cursu ccclxxv. M. pass. esse cōstat. Accolæ sinus eius in mētionē Thraciæ dicti sunt Istropolin usq; Inde ostia Istri. Ortus hic in Germaniæ iugis montis Abnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis ultra alpes milibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubiū nomine, immenso aquarum auctu,

et vnde primū Illyricū alluit Ister appellatus, sexaginta annibus receptis, medio ferme numero eorū navigabili, in Pontū vastis sex fluminibus euoluitur. Primum ostiū Peuces, mox ipsa Peuce insula: à qua proximus alueus appellatus, xix. M. pass. magna palude sorbetur. Ex eodē aluco & super Istropolim lacus gignitur, lxiiij. M. pass. ambitu: Halmyrin vocāt. Secundū ostium Naracustoma appellatur. Tertium Calostoma iuxta insulam Sarmaticam. Quartum Pseudostoma, & insula Conopon diabasis, postea Boreostoma & Spireostoma. Singula aut ora tāta sunt, ut prodatur in xl. M. pass. longitudinis vinci mare, dulcemq; intelligi haustum, Ab eo in plenū quidē omnes Scytharum sunt gentes, variæ tamen littori apposita tenere, alias Getæ, Daci Romanis dicti, alias Sarmatæ, Græcis Sauromatæ, eorumq; Hamaxobij aut Aorsij, alias Scythæ degeneres et à seruis orti, aut Troglodytæ, mox Alani & Roxalani. Superiora autē inter Danubium & Hercinium saltū, vsq; ad Pannonica hyberna Carnunti, Germanorūq; ibi confinium, cāpos & plana Iaxygæ Sarmatæ, montes vero et saltus pulsi ab his Daci, ad Pathissum amnem à Moro, siue is Duria est, à Sueuis regnoq; Vanniano dirimēs eos: auersa Basternæ tenent, aliq; inde Germani. Agrippa totū eum tractū ab Istro ad oceanum bis ad decies cētū M. passū in longitudinē, quantū minus quadringentis in latitudinē, ad flumē Vistulam à desertis Sarmatiæ, prodidit. Scytharū nomē vsquequaq; trāsit in Sarmatas atq; Germanos. Nec alijs prisca illa durauit appellatio, quā qui extremi gentiū harū ignoti prope cæteris mortalibus degunt. Verum ab Istro oppida, Cremniscos, Aepoliū, mōtes Macrocremni, clarus amnis Tyra, oppido nomē imponēs, vbi antea Ophiusa dicebatur. In eodē insulã spatiosam incolūt Tyragetæ. Abest à Pseudostomo Istri ostio centū triginta M. pass. Mox Axiacæ cognomines flumini, ultra quos Crobyzi, flumen Rode, sinus Sagaricus, portus Ordesus. Et à Tyra centū viginti M. pass. flumen Borysthenes, lacusq; & gens eodē nomine, & oppidum à mari recedens xv. M. pass. Olbiopolis & Miletopolis, antiquis nominibus. Rursusq; in littore portus Achæorum. Insula Achillis, tumulo eius viri clara. Et ab ea centū xxv. M. passū peninsula, ad formam gladij intransuersum porrecta, exercitatione eiusdē cognominata Dromos Achilleos, cuius lōgitudinem lxxx. M. passuum, tradidit Agrippa. Totum eum tractū Tauri Scythæ & Sarmatæ tenent. Inde syluestris regio Hylæum mare, quo alluitur, cognominauit, Enæadloe vocantur incolæ. Ultra Panticapæus amnis, qui Nomadas & Georgos determinat: mox Acestius. Quidã Panticapen confluere infra Olbiam cum Borysthenē tradunt, diligentiores Hypanin: tanto errore eorum, qui illum in Asia parte prodidere. Mare subit vasto recessu, donec quinq; M. pass. interuallo absit à Mæotide, vasta ambiens spatia multasq; gentes. Sinus Carcinnites appellatur flumen Pacyris, Oppida Naubarum